





5

DISPUTATIO QUARTA,

QUA

ACTA

S. APOSTOLORVM  
EX SCRIPTORIBUS ANTIQUIS,  
SACRO-PROFANIS, MAXIME EX PA-  
TRIBUS ECCLESIASTICIS ET AUCTORIBUS  
CLASSICIS GRÆCO-ROMANIS  
ILLUSTRATA,

JOAN. CASP. SANTOROCCUS,

Profess. Ordin. Antiquit. Græco-Romanarum,  
& Pædagogearcha,

P R Ä S E S S,

ET

JOAN. CHRISTOPHORUS Bramer,

Hasso-Treyfanus,

R E S P O N D E N S.

Publicæ Dñi. Commilit. disputationi h. l. f.

ad diem 4. Febr. MDCCXIII.

subjiciunt.

MARBURGI CATTORUM,

Typis JOANNIS KURSNERI, Acad. Typogr.

VIRIS

*Plurimum Reverendis Doctissimis,*

**DN. JO. BALTHASARO Ruchenbecker/**  
S.S. Theologiæ Doctori, & Ecclesiæ Treylanæ  
Pastori Primario, ejusdemque, ut & Vieinæ Dioceſeos Metro-  
politano Vigilantissimo.

**DN. GEORG. ECKHARDO Clausen/**  
Treylano Symmista Fidelissimo, Cognato suo Honoratissimo.

Nec non  
*VIRIS Nobissimis, Consulissimis, Spectatissimis,  
Literatissimis,*

**DN. NICOLAO Bramer/**  
Centurioni, Civitatis Treyſæ, Vicinique districtus Prætori, Patri suo  
Devenerando.

**DN. ANDREÆ Stephan/**  
CONSULI laudatae Civitatis Dignissimo.

Reliquisque

**CONSULARIBUS ac SINGULIS OR-**  
DINIS SENATORII membris Meritissimis.

Denique

**DN. ADAMO Bramer/**  
h. t. ejusd. Civitatis Aetuario Præstantissimo, Fratri suo per dilecto.

**DNN. MÆCENATIBUS ac FAUTORIBUS**  
suis Optumis

*Disputationem hanc  
D. D. D.*

**J. C. BRAMERUS, Respondens.**

¶ (3) ¶

I. N.D.A.  
DISPUTATIO QUARTA,

Qua

ACTA SANCT. APOSTOLORUM  
Ex Scriptoribus antiq. Sacro profanis, maximè ex Patribus  
Ecclesiast. & Auctoꝝ classicis Græco-Rom. illustrantur.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ. A. I.

VERS. II.

*Versio vulgata Latina.*

"Ἄχει θεῖον μέρος ἐτελάμεν@ || Usque in diem, quā præcipiebat  
τοῖς Ἀποστόλοις, εἴᾳ πνεύμα@ || Apostolis per Spiritum Sanctum;  
αὐτὸν θεῖον ἐπεκέπεστο, αἰνεῖθεν. || quos elegit, assumus est.

f. I.

D Ivisimus nuper hunc versum secundum in tria membra  
(vid. §. I. & II. *Pramon. Disp. III.*) & in primo mem-  
bro (vid. §. I. ejusd. *Disp.*) iterum trimembrem  
subdivisionem notavimus. Cūn autem angustiores  
charta fines, quibus eramus tunc temporis conclusi, impeditent,  
quò minus omnia tria nobis proposita membra hujus versus plenâ  
manu pertractaremus, jam perginus, ubi nuper substitutus.  
*vid. §. XI. pag. 16. ejusd. Disp. III.* Antequam itaque devolvamur  
ad Membrum II. & III. præmittendæ sunt II. & III pars trimem-  
bris illius subdivisionis in membro priori institutæ, (vid. §. I.  
Memb. I. pag. 5. *Disp. III.*) cujus quidem secundâ pars de Ele-  
ctione S. Apostolorum, tercua autem de *Spiritu Sancto*, per quem  
Apostoli dicuntur electi, brevissimè differet.

A 2

f. II.

## ACTA APOSTOLORUM.

Kap. d. I. §. 20

*De Electio-*  
*ne S. Apo-*  
*stolorum.*

¶ II. Quantum ad Electionem S. Apostolorum, de hac loqui-  
 tur S. Textus his verbis: & (scil. Ἀπόστολος) ἐξαίρετο. Verbum  
 ἐκλέγεται, cuius Aor. I. Med. hic occurrit, usurpatur alias (p) de  
 electione in numerum salvandorum. Hinc ἐλεύθοι dicuntur illi,  
 quos sibi Deus singulari quodam consilio in Christo elegit, nun-  
 quam repudiando, sed certè in vitam aeternam transferendos. Ast  
 mislā ha significacione ἐξαίρετο τὸν Ἀπόστολον nobis hoc in loco  
 est: elegit scil. Christus eos, qui ad munus Apostolicum destinati  
 divinæ gratiæ per ipsum (Christum nempe) collatæ præcones, (q)  
 ὑπηρέτας Χριστοῦ & δικαιοὺς παντοῖο Θεοῦ esse deberent. Nec abs re:  
 ideò enim iudicem hi Apostoli dicti (r) πάρεργος προκειμονίου,  
 restos à Deo preordinatis prius electi & designati. Ceterum vox  
 ἐλεύθοι descendens à verbo ἐλέγεται dicitur (s) de re vel persona  
 egregia, præcipua, eximia, excellente. Unde (r) Servator mun-  
 di vocatur λέγεται εἰκεντὸς καὶ ἐντυπωτικός, i. e. electus honoratus seu  
 pretiosus lapis præ aliis electus, super quem gemmea (u) τὸν μερ-  
 dus, & τὸν οἶκον Ιερουσαλήμ structura est ædificata. (v) Ipsi ergo  
 tanquam unico fundamento innituntur (vv) duodecim funda-  
 menta gemmea, scil. Apostoli.

*De Spiritu*  
*S. per quem*  
*Apostoli*  
*electi.*

¶ III. Notabiliter pòrro additur, hanc Apostolorum electio-  
 nem factam esse per Spiritum S. SS. Trinitatis personam tertiam,  
 v. f. I. Membr. I. num. III. pag. 5. Disputat. III. Consulamus (x)  
 Chrysostomum, quid is hunc ad locum moneat: 'Οργὴ, inquit,  
 πᾶς ταπεινὸς ἐτι διαλέγεται καὶ ἡτοῖς οἵ τις καὶ αὐτὸς οἴει ἀστύν αἰτησι;  
 ὅτι δὲ ἡγώ ἐν τούτῳ θεοῦ εἰκάσιον τὰ διαυγά, i.e. Vides, ut adhuc  
 (scil. Lucas) modice de Christo loquitur, sicut & ipse de se ipso (y)  
 loquebatur: Quod in Spiritu ejicio demonia.

¶ IV.

(p) Epist. ad Ephes. Cap. I. §. 4. & alibi. (q) Epist. ad Corinth.  
 Cap. 4, 1. (r) Acto. 10, 41. (s) H. Stephan. Thes. Graco.  
 Ling. T. 2, in λέγω, p. 610. (t) 1. Petri 2. §. 4. (u) Apocal.  
 Cap. 21, 10. (v) Eph. 2, 20. (vv) Apoc. 21, 19. & 20. (x) D. f.  
 Chrysost. Homil. I. in Act. Apostol. Cap. 1, 2. (y) Matthei, 12, 28.

I. IV. Superaddimus & nos; Lucam non solum modice & modestè, sed & rectè his sentire, quando electionem Apostolorum à Christò factum Spiritu Sancto simul attribuit: cœquis enim ignorat, operationes divinas in SS. Trinitate esse communis? Nonne enim una personarum divinarum essentia atque dignitas, operatioque? Nonne similiter unus & individus totius Trinitatis cultus, sive nominetur *Pater*, sive *Filius*, sive *Spiritus S.* sive absolutè *Déus*?

I. V. Hic præterea Spiritus, per quem Apostoli electi, dicitur A'γ. @ s. *Sanctus*. Auditur iterum (z) Chrysostomus, quid is hæc de appellatione sentiat: Πνεῦμα ἄγιον, scribit, οὐτὶς ἡ κορά  
Ἵγη πρώτη περιγραφή, ἢ εὐαριστέσση ἔχοντα τὸ δόγμα πνεύματος  
τὸν θεόν, i.e. *Spiritus S.* est propria & prima appellatio, qua ex-  
pressè & significante declarat *Spiritus Sancti* naturam.

I. VI. Non autem duntaxat ab essentia, verum etiam ab officio & effectu hic Spiritus vocatur *Sanctus*, quippe qui causa & auctor *Sanctitatis* electos sanctificet. Ideo audit in S. literis (a) *Spiritus Sanctitatis*, ἵνα δέ, adjicimus ex (b) Chrysostomo, χα-  
ριζοντας τὸν ἄγιον, δι' οὗτοῦ ἐπέρι Χριστοῦ ἀγιασμόν, i.e. quan-  
do precibus Sanctorum, aut mibi, aut aliis Christiano largitur San-  
titatem. Plura de epitheto αγίῳ vide, sis, apud (c) Gregorium  
Nazianzenum. Si ergo Apostoli dicuntur electi per *Spiritum S.*  
quis verabit, eos appellare (d) *Ministros Spiritus*? Faxit D. T. O.

M. ut nostri etiam Ministri Novi Test. sint idonei Ministri  
*Spiritus*, nonlitera! nam (e) litera occidit,  
*Spiritus autem vivificans*.

## A 3

## II. MEM.

(a) D. J. Chrysost. Homil. 72, T. VI. [a] Epist. ad Rom. Cap. 1, 4.  
[b] D. J. Chrysost. Homil. 72, T. VI. [c] Greg. Nazianz. Orat.  
23. p. 421. & 422. Item Homil. 36. p. 590. [d] i; Epist. ad Corinths, 3, 6. [e] Ibidem.

II. MEMBRUM  
DISPUTATIONIS TERTIAE.

§. I.

*De Precep-  
tis Aposto-  
lis datis.*

Hacten de primo membro seu de electione Apostolorum devolvimus jam ad secundum, in quo nobis de preceptis Apostolis datis agendum [vid. §. I. Disput. III. pag. 3. num. II.] De his verò preceptis ita S. Lucas scribit: ἐτέλεσεν δὲ τοῖς Ἀποστόλοις, i. e. cum [scil. Christus] precepta deditest Apostolis.

§. II. Ἐντέλεμεν tum in sacris, tum in profanis auctoribus propriis exponitur, mandatum impono, ut ab aliis perficiatur. ex.gr. [f] τῷ θυρωφῷ ἐνετίκατο, ἵνα γρηγορίου, i. e. Ianitoris precepit, [scil. peregrinabens], ut vigilaret. [g] Ἐντέλεσεν τινας τοῖς πειράταις ἐντόφθαλμον Πλαυτίῳ πειν τὴν τεχνήν, i. e. precipit se mandatum imponit cūdam sibi fidissimo, nunciare Plautiano, ut veiat quam cūissime.

§. III. Queritur igitur, quæ precepta Christus Apostolis suis dederit & Notavit eam in genere [h] Matthæus: idèo [i] Chrysostomus in hunc v. 2. A&t. I. ita commentatus est: Τι δει εὐελέτεο; [scil. i. Ιησοῦς] Πορεύεσθε μαδητεώδε πάντα τὰ ὅσια, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ νερόν τοῦ πατρὸς, καὶ τὸν ρόρον τοῦ πνεύματος διδάσκοντες αὐτοὺς τηγάνη πάντα, ὅτα ἐντελεῦταντι εἰσι. i.e. Quid tandem precepit scil. Iesu? Profecti omnes gentes discipulas facite, baptizantes eos in nomen Patris & Filii, & Spiritus S. docentes eos observare omnia, que precepit vobis,

§. IV. Hac quidem in genere de preceptis Apostolis datis ex Chrysostomi sententiâ, videtur autem textus noster hic respexisse ad preceptum quoddam specialius brevi quoque ante ascensionem Iesu Christi in celos tempore Apostolis injunctionem, cuius, si accurate animadverterimus, [k] Lucas meminit, dicens scil. Christum precepisse Apostolis suis, ut in urbe Hierosolymorum commorarentur, donec ex alto virtute induerentur. Statim autem post

(f) *Evang. Marc. 13, 34.* (g) *Herod. L. 3.* (h) *Matth. Evang. Cap. 28, 19. & 20.* (i) *D. f. Chrysost. Homil. I. in Acta Apostol. p. 8.* (k) *Luc. Evang. 24, 49.*

¶ s. d. cap. 24. sequitur: ἀνέρετο εἰς τὸν οὐρανόν. Unde liquet, Christum ἀνέτινεν sive post Praecepta, ascendisse: Eo nimis sensu, quo moriturus vel aliquoabiturus ἀνατίθεται, cum aliis auctoribus, tum Hellenistis, dicitur: sicut de [l] Achitophelo legitur: ἀνέβατο τῷ οὐρανῷ αὐτῷ, i. e. postrema familia praecepta dedit, id quod vetus interpres dixit; dispositus domum suam. Quemadmodū vero valedictorium sermones accurate notamus; sic ultima Salvatoris nostri Praecepta Gracis ἀνατίθεται dicta & Apostolis promulgata studioſius obſervanda. Adde [m] Chryſoftomum, qui participio ἀληθεύεται annectit has voces σὺν πνεύματι θεῷ αὐτῷ, dicens: Σὺν πνεύματι τοῦ ἐπειπόμενοῦ Τούτου, πνευματικῶς οὐτις εἰπὼν ἴησος, οὐδὲ ἀδράτων, i. e. per Spiritum S. praepliantem, hoc est, spiritualia ad eos [scil. Apostolos] verba locutus, nihil autem humanum. Conferatur quoque [n] Theophylactus. Tantum de membro secundo seu de PRÆCEPTIS Christi Apostolis datis.

### III. MEMBRUM DISPUTATIONIS TERTIÆ.

#### §. I.

Ampergimus ad tertium membrum i. e. ad TEMPUS, quo Jesus Christus Apostolos suos elegit, iisque præcepta dedit. Hæc nempe monente Luca facta, ἀχεὶ τὸ ηὔτερον αὐτοῦ, per (o) Atticismum pro ἀχεὶ ηὔτερον εἰσειρυν, ὃ αὐτοῦ, i. e. ad eum usq[ue] diem, quo receptus est.

§. II. His verbis ἀχεὶ τὸ ηὔτερον Lucas monente (p) Grotio videtur aperte respicere finem libri sui prioris Evangelici: Sic enim solent, (q) inquit, Historiarum Scriptores posteriores cum

prioribus

(l) 2. Sam. XVII, 21. (m) D. f. Chryſoft. Homil. I. in Cap. I. Act. pag. 8. (n) Theophylact. apud Joach. Camerar. pag. 93. Com- mentar. in Novum fœdus. (o) Er. Schmid. not. & animadvers. in N. Test. Act. 1, 2. pag. 771. A. (p) H. Grot. in N. Test. Bibl. Critic. Tom. 4. p. 2132. Francof. edit. (q) Idem ibidem.

prioribus connectere. Id quod ibidem exemplis Auctorum Græcorum à Viro Docto demonstratur. Non itaque nimis absconda [r] Ambrosii dicenda est sententia, qui stylum historicum cœi peculiarem Lucæ attribuit.

§. III. Nomen temporis adverbio ἡχει (ex μέχει, ut vult Eust. Xen. Ped. 5.) est ήχεις, Dies, quod vocabulum alii ab ἡχεισ, aliis ab ιχεισ, aliis ab ἀνα ἡχεισ deducunt. Ηχει propriè denotat diem artificialēm, seu spatiū horarū ab orientis ad occidentis solis iubar. Ideo apud [s] G. Nyssenum relatum legimus: Εάν ἐγείτης ήχεις, οὐ ήχεις δέ, τὸ διάπερ γῆς εἶναι τὸν ήχον πάντας ἀποκεντρώσα, καὶ μήτερ αὐλίς ὄφερ νομίζειν ποιεύσα, i.e. Si quis nos roget, quid sit DIES, solem esse super terram omnino reprehendebimus, & mane & vesperam statuimus ejus esse mensuram. Quām variè alibi vocab. ήχει exponatur, utraque Lexicographorum inculcat pagina.

§. IV. Hoc saltem siccō pede prætereundum non est, nempe variorum dierum catalogum ab Antiquitate Ecclesiastica exhiberi, quos inter ήχειαν seu Dies Dominicā, ήχειαν διανοιας, seu Dies nativitatis Christi, ήχεια τῶν φατῶν i.e. Dies, quo Christus baptizatus fuit, ήχεια αναλήψεως, Dies ascensionis, quo Jesus receptus est in cælum, ήχεια στραγγίσεως, Dies ultimi iudicij &c. Missis autem aliis de ήχεια αναλήψεως pauca quedam differenda, quippe nostra textur loquatur de ήχεις, qua Christus receptus est: ἡχει ής ήχειας αναλήψεως.

§. V. Monuimus modò, Diem receptionis seu ascensionis Christi in cælos ab antiquitate ecclesiastica appellari ήχειαν αναλήψεως. Nimis absconum non videbitur, si statuamus, veteres Patres, quibus annumerant (\* Epiphanius, (\*\* Chrysostomus, (\*\*\*) Theo-

(r) Ambrosius apud Erasm. in Evangel. Luca Cap. I. Bibl. Critic. Tom. 4. pag. 119. Erfurt. Edist. (s) Greg. Nyssen. Homil. 7. in Ecclesiast. Tom. I. pag. 439. (\*) Epiphanius. Hæret. 31. pag. 91. utratque receptionem Christi in cælum, ἰσοργον οἱ τρεῖς ηχεῖς αναλήψει. (\*\*) Apud Chrysostomum aliquot existant Homilia eis τὴν αἰτίαν την Εκκλησίαν ήχειν ἴστοριον.

(\*\*\*) Theophylactum, appellationem hanc ex [f] Luca de promisse. Nos quidem minime fugit, [u] à D. Heinr. aliter τὰς ἡμέρας ἀναλήψεως exponi: verum nos opponimus ipsi verba (v) Theophylacti, qui per ἡμέρας ἀναλήψεως intelligit ascensionem Christi in celos. Nonne enim satis dilucide totam hanc rem pertractat dicens: Τί εἰσιν ὅπερ εποίηστε, ὅπερ εἶπεν δὲ τῷ συντακτοῦ θεῷ ἡμίγενος τῆς ἀναλήψεως ἀπό; τούτοις, διτεῖς ἐν ἔντεσιν ὁ καθεγέτης, καθ' ἦν ἐδόθαι τὸ στόλιον ὑπερ ἡμῶν ἡπομένων τα πάσῃς ἀναληψίνας εἰς ἄρενον, καὶ εὐτεροῖς ταῖς Θεοῖς καὶ Πατρὶ. Τότε λοιπόν, ὅτε ἐντεκεῖ ὁ καθεγέτης τὸ πάσιν ὕπερ τὴν ἡμέραν ἀναλήψεως, &c. i. e. Quid est, quod dicit, (scil. Lucas) dum completerentur dies receptionis ejus? Hoc est, cùm instabat tempus, quo, postquam sustinuerit (scil. Christus Jesus) salutarem passionem pro nobis, oportebat cum assumi in celum, & sedere cum Deo & Patre. Tunc igitur, cum appropinquabat tempus passionis ejus, & receptionis ex hoc mundo, &c. &c. Cum Theophylacto quoque (vv) Titi Bostrensis convenit interpretatio. Nec multum juvat Heinr. Hesychius, qui ἀνάημα exponit υπόρεα. Ipsa enim ascensio Christi teste (x) Theophane dicitur υπόρεα.

§. VI. Sed quo nos abripimur? Velit, nolit Heinr. ad castronofra accedere, nunquam tamen infitias ibit, verbum ἀναληψίας θεοῦ, [à quo ἀναληψίς descendit] hic in textu nostro usurpari de Christi in celum receptione s. ascensione. Legimus enim v. 2. ἀναληψίην, qui est 3. pers. a. 1. pass. dicti verbi ἀναληψίας θεοῦ. Concludimus igitur cum (y) Grotio, τὸ ἀναληψίων de Christi in celum ascensione liberenter in [z] sacris literis usurpari. Nec omittendum, suadet idem [a] Grotius paulo pòst, de [b] Elia dici; ἀναληψίη τοῦ εἰς τὸν ὄγαρον.

## B

## §. VII.

(\*\*\*) Theophylact. in Cap. 9. Luca. pag. 374, infra citat. hōc §. 5.  
 (t) Evang. Luc. IX, 51. (u) Dan. Heinr. Exercitati Sacris ad Nov. Test. Lib. III. Cap. VIII. pag. 149. 150. Num. 40. — Num. 50.  
 (v) Theophyl. in Cap. 9. Evang. Luc. p. 374. (w) Titus Bostrensis expositione in Cap. 9. Evang. Luc. p. 790. (x) Theophanes Hom. 34. p. 246. ad Ioann. 12, 32. (y) Grot. Bibl. Critic. Tom. 4. in Cap. 16. Marcii. v. 19. (z) Luc. 9, 51. Act. 1, 2, 11, 22. 1. Timoth. 3, 16. (a) Grot. modo citat. loc. Bibl. Critic. (b) 1. Macc. 2, 58.

¶. VII. Audiamus [c] Theophanem, quām praeclarē is de  
mīdē hāc Αναλήψεω sentiat: Λαμπρά, inquit, τῷ ὅντι, τῷ φε-  
ραντί ἡ παρέστα πανήγυες, ἀντὸ δὲ τῶν ἐργάτων τὸ κερδάλιον ὑπόδε-  
σιν ἔχοντας αὐτὸν γράπτον τὸν μυστηρίου τοῦ Χριστοῦ κερδίον, ἀντὶ τούτου σώμα-  
τος ἡμῶν ἡ τελείωσις. Σημεῖον τούτοις τῶν ἀνθρώπων ἐίσι τὸν ὑπέρε-  
ρεπτὸν θόρον ἐνδεικταῖς σόμερον ἡ αὐτοκαθεδρὴ ἔχοντα τῆς λογοτεχνίας φύσεος  
σημείων, κατὰ δημόσιον τοῦ ἀνθρώπων γένους ἐντοπίον. i. e. Clara  
sancte & insignis hodiernae celebritas, atq[ue] adeo ipsam festorum sum-  
mam dicendi continet argumentum: hoc enim est mysteriorum  
Christicoroni: hec salutis nostra perfectio. Hodie humana na-  
tura in throno caelesti est collocata: hodie natura rationalis votus  
inimicitiae est dirempta, & angelorum hominumq[ue] facta conjunc-  
tio. Etidem ibidem paulò pōst: Σημεῖον αἱ ρύγαι διαφάνειας ἐξά-  
ζητοι μετ' εὐπατήριον ἕγαρτον συνημένην ἐράσσον τὸν γῆν. i. e. Hodie  
virtutes intellectuales festum quasi diem cum stupore agunt, terram  
et cœlo conciliatam videntes. Felix itaque ter & amplius hac dies  
receptionis Christi in cœlos jure meritoque nuncupanda! Latio-  
rem hanc nullam unquam vidit Ecclesia Christiana, orbem terra-  
rum quamdiu sol luftravit.

¶. VIII. Apparet porrō ex Act. 1, 3. quadragesimum à resur-  
rectione diem fuisse tempus illius receptionis, qui numerus die-  
rum frequenter in S. Literis observatur, tum in Mose, Elia, aliisque,  
tum speciatim in Christo. Luc. 2, 22. Matth. 4, 2. Act. 1, 3.  
Interrogantia autem, quare Servator mundi DIE, non nocte, re-  
cepitus sit in cœlum, respondemus hanc nostram inter alias eā de  
ré esse conjecturam. Iesus Christus est [d] Mediator Novi Te-  
stamenti, quod respectu Veteris Testamenti, ubi profunda quasi  
noctis imago & umbra, DIES unicuique animadvertenti vide-  
tur. Indicat hoc phrasis scripturaria: [e] Nox i. e. tempus Ve-  
teris Testimenti processit, dies autem i. e. tempus Novi Testamen-  
ti appropinquavit. Huc spectat id, quod legimus apud [f] Cy-  
rillum

(c) Theophan. Homil. 39. in exordio hujus ipsius Homiliae. (d) Ep-  
ist. ad Hebreos Cap. 9, 15. (e) Epist. ad Roman. 13, 12. (f) Cy-  
rill. Alexandr. Lib. 3. de Adoratione p. 84.

Fillum Alexandri. Νύκτα μὲν διοράζειν ἔδει τῇ δεῖᾳ χρήσθη, τὸν δὲ  
τῆς ὀπίσιμιας καλεῖν, καθ' ὃ ἐπὶ τυγχανόντι Θεῷ συντάρα, κατεπεύτει  
ἢ ἐπὶ τῆς γῆς τῆς αἰγαλοίας ὁ σωτήρ. οὐμένων δὲ αὐτοῦ, τῆς Θεοῦ Σωτῆρος  
μέλλουν ὀπίσιμια τὸν χειρόν, καθ' ὃ περιστίσκεται τὰς τῆς αἰλαθέος Θεο-  
γνωσίας εὐραῖς εἰσδέξαμεν κατὰ νῦν, καὶ τὸν τῆς διεγιούντην πλούτον  
τοῦ τῆς καρδίας οὐμαστούς βλέποντες. i. c. NOCTEM quidem divina  
Scriptura nominare solet, tempus ante Christi adventum, quo,  
tyramnidem suam adhuc exercente satana, tenebra ignorantia ho-  
minibus dominabatur: DIEM vero vice verſā, tempus incar-  
nationis Salvatoris nostri, quo illuminati sumus, vere cognitionis  
Dei splendorem in mente recipientes, & justitiae solem [ qui est  
Christus] oculis cordis nostri contemplantes. Enī Jesus Sol justi-  
tiae MANE surrexit ex sepulcro & tanquam Conditor DIEI i. c.  
Novi Testamenti DIE in cœlum receptus est. Rationes plures  
alias forsitan verisimiles, cur Christus DIEI receptus, nolumus  
jam superaddere. Hæc hæc tenus de vocab. οὐμένα jam ad verb.  
ἀνελθόντα.

S. IX. Verbum ἀνελθόντα variantes sortitur versiones. Syrus  
interprets; sublaus est: Arabs; descendit in alium se ferens:  
Æthiops; ascendebat: Arias Montanus; receptus est, vulgatus;  
assumus est. Quantum spectat ad vulgati versionem, ea Erasmo,  
Beza & aliis non satis limitata videtur. Ratio est in promptiu-  
nam quia *assumus est*, dicitur propriè de eo, qui in consortium  
aliquid adjungitur [id quod Graci alias exprimere solent per πα-  
ραλαβεῖν seu αποταμβάνειν] malunt. Diuinviri illi cum aliis hoc  
locò vertere, ἀνελθόντα [ex ἀνα, quod repetitionem declarat, &  
λαμβάνονται,] iterum receptus est, vel [ex ἀνα, sursum & λαμβάνο-  
νται] sursum receptus est. Nec est, quod hic multum dissentia-  
mus. Similem enim emphasis obtinet hoc verbum alibi: ex.  
gr. apud (g) Xenophontem, ubi ἀναλαμβάνειν δι' ἡν̄, apud μακάριον,  
est recipere iterum seu sursum in currum. Sat clare Thologoi  
τὸν ἀναλαμβάνειν definiunt dicentes: verbum hoc in ascensione  
Christi in cœlos propriè sumitur pro translatione substantiæ cor-

porex è loco inferiore ad superiorem, seu à corporam inferiorū, vicinia in viciniā corporum superiorum. Propriè ergo convenit natura Christi humanæ, divina tantum figuratè & metonymicè.

(j.) X. Nec desunt tamen alii in curiosiori Criticorum turbas, qui subtiliores quasdam in terpretationes sive potius allusiones connamine, nescio, quo in verbo ἀναλογίᾳ querere laborant. Trigam modò ex illis eligamus, quæ nec ab omni usu videbitur remota. (l.) Αναλογίαι est in ling. Grac. comiter & laute tractare, benigno corde & apparatu come excipere, & proinde apud Hesychium per δειπνός, φιλοσοφεῖς exponitur. Hoc ipso sensu dixit

(b) Plutarchus: πολὺς ἀναλογίας φιλοποιός τὸ δῆμος, populum multis liberalitatibus & largitionibus est amplexa. Et idem (i) alibi: τὸ δῆμος ἀναλογίαν εἰσι τεσι γε σίων i.e. vertit (k.) Budatus: epulo & spectacula populum exceptit. Quām laute autem, quamque comiter Jesus (l.) Filius Dei dilectus post tot exantatos redemptoris labores à Patre coelesti in cœlis exceptus sit, unusquisque sacrarum literarum, haud planè expers facile conjiceret. Christus enim ipse est, in quo (m) Deus Pater coelestis placide acquiescit. (ll.) Præterea Αναλογίαι est vocabulum medicum significans se recreare seu refocillare ex morbo. Ideo legitur apud (n) Galenum: γε τὸν ὄντα ἐν ἕτερῳ αναλογίαν σφαγεῖται φροντίζει, i.e. qui recreatur & refocillatur a morbo, seu qui se a morbo colligit. Eiusdem significationis est idem verbum αναλογίαν apud (o) Suidam. Ita & Christus postquam in cœlos receptus fuit, glorificatus in æterna requie corpus suum flagellis, spinis, & crucis tormentis miseris modis percussum recreavit. Recreavit, inquam, à morbis nostris, quos in his terris tulerat. Consule passionale illud Evangelium ab (p) Esiae conscriptum, in quo

(b) Plutarchus in Antonio (i) Idem Plutarch. in Cesare. (k.) Budatus apud H. Stephan. Thesaur. Grac. ling. Tom. II. p. 559, in ἀναλογίᾳ. (l.) Evang. Luca 3, 22. (m) Evang. Matth. 3, 17. & idem Cap. 17. v. 5. (n) Galenus citante H. Steph. Thes. Grac. ling. T. II. p. 559. in ἀναλογίᾳ. (o) Suidas. Tom. I. p. 163. in ἀναλογίαι. (p) Esiae Cap. LIII, 3. 4. 5.

quo Messias vocatur *DOLORIBUS affectus, & MORBO familiaris, imferens MORBOS nostros, nostrosq; DOLORES bajulans;* item a *defectionibus nostris DOLORE affectus, & ab iniquitatibus nostris atritus.* Quod si es sint humanarum rerum vices, ut non nisi post pugnam rite depugnatam victoria reportetur, & post depressionem sequatur demum exaltatio, quid miramur, si humiliationem & abjectissimum Christi statum, in quo morbos nostros tulit, & dolores nostros bajulavit, mox subsecuta sit recreatio, vel (si mavis) exaltatio, cuius potissimum tres notantur gradus. (1.) Resurrectio a mortuis. (2.) Ascensio in cœlos. (3.) Sesio ad dextram. Nonne oportuit Christum haec pari & ingredi in gloriam suam? Luc. 24, 26. (III.) Denique *ανέλθειν* verti potest receptus, iterum assumptus est. Hinc, (\*) Budaus inquit, *αναληψίαν* dicitur etiam filium abdicatum in dominum recipere. Id quod Patres Athenis post emendationem & satisfactionem facere solebant. Sic apud (q) Lucianum exstat: *ΑΝΑΛΗΦΘΕΙΣ οὐδὲ τρέπον ξεκυριζόμενος*, i.e. in dominum receptus filius prius abdicatus. Similiter (r) Demosthenes: *Ἐποίηστο ἀντοτάσσεσθαι τῷ ΑΝΕΛΑΒΕΝ αἰτίᾳ*, i.e. Filium eum adoptavit, agnitione, apud se recepit. Idèo quoque (s) Stephano *ΑΝΑΛΗΨΙΣ πατέρος* idem ferè, quod *agnitio*: quum nimurum aliquis penes se puerum adscisceret. Fiat aliquo modò applicatio. Jesus noster, Filius Dei unigenitus in orbem terrarum ad arduum opus redēctionis perficiendum cœlitus è domo Patris sui missus, plurima ob generis humani lapsum passus fuit, ita, ut quidem ob peccata nostra ipsi imputata videretur, quasi à Deo Patre abdicatus & ad tempus derelictus clamans: (t) *Deus mi! Deus mi! Cur deseruisti me?* verum in receptione, sive, quam Christus *ανέλθειν εἰς τὸν οὐρανόν*, Pater externus, eum tanquam filium suum, qui satisfecerat pro mun-

di

(\*) Budaus citante H. Steph. Thes. Grac. Ling. T. II. pag. 559. fere in fine. (q) Lucian. ibid. apud Steph. p. 561. P. (r) Demosthen. contra Neearam. (s) H. Stephan. Thes. Grac. Ling. T. II. p. 561. in *Ἀναληψίς*. E. (t) *Evang. Matth. 27, 46.*

di peccatis & justum *avilp̄* solverat *av̄l̄ab̄*, i.e. ad se quasi de novo iterum recepit, adoptavit, ut honore & gloria eternum coronaretur. *Ars̄n̄*, i.e. in domum scil. cœlestem receptus est Dei filius. Quem enim latet, *av̄l̄ab̄* eis *lv̄ v̄k̄la*, apud (n) Athenæum esse, assumere quandam in ades? Nonne enim cum demum scil. in die Ascensionis in cœlos Christus homo, Dei filius à Patre suo domum accessit & evocatus dicendus, postquam mandatis paternis in his terris rite perfunctus fuerat? Atque hæc hactenus de *triga illa critica*, cuius mentionem statim ab initio hujus §. iomi injecimus.

§. XI. Queritur porro, quare S. Lucas dixerit, *av̄l̄ab̄*, non autem *av̄l̄a*? Responder hic (v) Chrysostomus: *Erlela*  
*paro* ē, quoniam, *av̄l̄ab̄*, ē, *lv̄*, *av̄l̄ab̄*, *lēv̄l̄ab̄* Jēs̄ ē, *av̄l̄ab̄* *av̄l̄ab̄*, i.e. Itaq; quum præcepisset, inquit, scil. Lucas receptus est: non dixit: ascendit: nam adhuc tanquam de homine loquitur. Nihilominus tamen verum est illud Theologorum, videlicet ascensionem seu receptionem in cœlos de tota persona divina prædicari; expressis enim verbis in sacro codice relatum legimus: ex. gr. (vv) *Ascendit DEUS cum clangore, JEHOVA cum sono buccina. Item (x) ascendisti in sublime seu calum,* & ex eo Eph. 4, 8, 9. Causa quidem ascensionis Pater Filium assūmens certo sub respectu dici potest: ita tamen, ut divina potentia, qua Christus (y) scil ipsum excitaverat, simul (z) ascenderit. Verba Lyrani, quæ apud (aa) Dietericum existant, hic inscri merentur: *Recepis est, inquit, Christus 1. à tota SS. Trinitate illam assumptiōnem faciente; 2. à se ipso, cum corpus glorificatum sit in potestate anime, cui ad nutum obediatur; 3. anube obsequium ei prestante.*

## §. XII.

[n] *Athen., Lib. 13.* [v] *D. f. Chrysost. Comment. in Nov. Testam.*  
*Tom. III. Hom. I. in Act. Apost. Cap. I, 2. p. 8. C.*

[vv] *Psalm. 47, 6. [x] Psalm. 98, 19. [y] Evang. Joan. 10, 18.*

[z] *Joan. 20, 17. [aa] Jo. Comr. Dieteric. Antiquitat. Biblic. in N.*  
*Test. Grac. in Aratap̄b̄aoueq̄, pag. 97. A.*

§. XII. Quemadmodum igitur Salvator noster receptus est  
in dñs regnante eis tñv spavõr, eodem modõ etiam redibit [bb] è  
regnante vel (cc) è regnante, vel [dd] dn̄i tñv regnante lè regnante in dñ  
[ec] n̄z lñv regnante lè regnante. Quin & nos vivi, qui reliqui eri-  
mus, rapiemur simulcum iis (scil. à vasari (ff) è regnante, in ec-  
cūsum Domini in æra: & ita semper cum Domino erimus. Piis-  
simis ergo desinamus votis ingemiscentes cum (gg) auctore Apo-  
calypseos: Amen! Veni Domine Jesu! Tantum etiam de residuo  
membro Disputationis tertiae ad v. 2. Cap. I. Actor. Apostolic.  
vid. §. Premon. Diffut. III. p. 3.

(bb) Luc. 21, 27. (cc) Marc. 13, 26. (dd) Matth. 24, 30. & 26. 64.  
(ee) Marc. 14, 26. & Apoc. 1, 7. (ff) 1. Epist. ad Thessal. Cap.  
4, 17. (gg) Apoc. Cap. 22, 20.

Finis Disputationis Quarta.

M. O. Δ.

J. C. BRAMERUS.

per Anagramma parum

MUSA CREBRI.

**P** Andite, vos Helicona Dex, cantusque moveste,  
BRAMERI laudes ut celebrare queam!  
*Musa* monet, *crebri* studii, curæ arque laboris  
Ut memores sumus: *Musa* silere yetat.

Tu, BRAMERE, igitur *crebro* cantabere nobis,

Cum *crebra* existas sedulitatis homo.

*Creber*, non rarus, volvisti scripta Sophorum:

Hæ tua testatur charta laboris opus.

Perge, tuum pectus *crebris* decorare Camcenis;

Sic eris Aonici gloria *crebra* chori.

*Crebrescent* optatæ auræ, portusque patescent

Fortunæ; & tandem præmia *crebra* feres.

*Da Nobilissimo nec non Declissimo DN. RESPONDENTI*  
gratulatur

P R A E S E S

J. C. S.

(o)

**P**ulpita dum scandis nostri præclara roseti,  
Quis Te non dicet rem facere eximiam?  
Laudat opus Pallas, decantat Apollo labores,  
Laudes illa amplas, hic Tibi carmina habet;  
Propterea felix ceptum ne desine cursum,  
Sed Parnassiacas impiger ito vias;  
Multos sic Patriæ fructus, sic gaudia Patri,  
Certe sic paries commoda multa Tibi.

ita gratulans accinuit

J. C. LEUTHAUSIUS,  
SS. Th. Stud.



**Q**uaris jam famam Doctis extendere factis,  
**B**RAMERE, hinc surgit gloria lausq; Tibi  
Docto signa choro jam que proponis acuta,  
Sunt mentis gaudie, Musa & Apollo favent.  
Perge, pio populo, Patri Patriæq; placebis,  
Et Tu alius cresceret, cresceret honorq; Tuus.  
Hassiaca gentis, qui gloria magna futurus,  
Vitam virtutis vive; vigeq; vale.

Hec pauca in honorem Doctissimi &  
Præstantissimi Dn. Respond. Amici  
sui integerrimi apponebat lubens  
& merito

J. C. Armbroster/  
Phil. Stud.

(o)

7e 2511


ULB Halle  
002 379 813

3



7300

VDCH VD18



**Farbkarte #13**



B.I.G.

5

**DISPUTATIO QUARTA,  
QUA  
ACTA**

**S. APOSTOLORVM  
EX SCRIPTORIBUS ANTIQUIS,  
SACRO-PROFANIS, MAXIME EX PA-  
TRIBUS ECCLESIASTICIS ET AUCTORIBUS  
CLASSICIS GRÆCO-ROMANIS  
ILLUSTRATA,**

**JOAN. CASP. SANTOROCCUS,**

Profess, Ordin, Antiquit, Græco-Romanarum,  
& Pedagogarcha,

P R A E S E S,

E T  
**JOAN. CHRISTOPHORUS Bramer/**

Hasso-Treyfanus,

R E S P O N D E N S.

*Publicæ Dnn. Commilit, disquisitioni h. l.s.*

ad diem 4. Febr. MDCCXIII.

*subjiciunt.*

MARBURGI CATTORUM,  
Typis JOANNIS KURSNERI, Acad. Typogr.